

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5587

Auteur(s) : Raoul du Bus [particulier]

Bénéficiaire(s) : Bus-Saint-Rémy, Notre-Dame-du-Trésor (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1228, avril

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Raoul du Bus, avec l'accord et la volonté de son frère Hugues du Bus, chevalier, fait la donation pieuse de la terre située à la vallée de Chantepie pour y construire un monastère des relisieuses costerciennes, nommé Le Trésor Notre-Dame, ainsi que le fraéis de construction. Il confie la donation à la main de Thibaut, archevêque de Rouen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862, t. 1, p. 448.

Texte établi d'après a

Sciant universi, presentes pariter et futuri, quod ego Radulfus de Busco, concessione et voluntate domini Hugonis de Busco, militis, fratris mei primogeniti, dedi in puram et perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et parentum et antecessorum meorum, Deo et Beate Marie et omnibus sanctis, ad edificandum unum monasterium quod vocabitur Thesaurus Beate Marie, in valle de Chantepie prope Baudemont, monialium ordinis Cisterciensis, sumptuarum de domo quæ vocatur Ispania, quæ ibi deservient illi cui servire regnare est et cui soli competit medicinam præstare post mortem, omnem terram et quicquid juris et hereditatis et dominii habebam in valle de Chantepie et inter Chantepie et Dammesnil et ad Pratum Rahier. Quam terram habebam de hereditate mea et tenebam liberam et quietam ab omnibus rebus. Hanc autem terram tenebunt jamdictæ moniales et possidebunt in perpetuum sibi et successoribus suis, et edificabunt sibi in ea monasterium et edificia sibi necessaria, et facient inde omnem voluntatem suam sicut de sua elemosina. Hanc autem elemosinam resignavi in manibus venerabilis patris nostri domini Theobaudi, Rothomagensis, archiepiscopi, qui archiepiscopus dictas moniales de sua eleemosina ad instantiam meam saisivit. Et ego et heredes mei tenemur eis et eorum successoribus ipsam elemosinam cum omnibus libertatibus suis contra omnes gentes garantizare. Quod ut ratum et stabile sit in perpetuum, hanc presentem cartam eis feci anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo octavo, mense aprilis, et eam sigillo meo proprio confirmavi. Ad majorem vero hujus rei confirmationem, ego Hugo de Busco, miles, superius nominatus, tanquam primogenitus et heres post dictum Radulfum, hanc eleemosinam superius nominatam, concessione et voluntate Theophaniæ, uxoris meæ, et liberorum nostrorum Girardi, Roberti, Aelidis, Mathildis, Joannæ, Theophaniæ et Amelinæ, volui, approbavi, laudavi et contra omnes garantizare promisi, et præsenti cartæ sigillum meum apposui in testimonium hujus rei. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo octavo, mense aprilis.